

Side el coloso Ma del Anonimo, 120



FRANCISCI PATRICII

Senensis, Pontificis Caietani Enneas de Regno & Re-
gis institutione, opus profecto & historiarum varie-
tate & Sententiarum gravitate commen-
dandum, Cum titulorum, voca-
buloꝝ, factorum, dictoꝝ
rumpꝝ memorabilium
indicibus
debito
literarum ordine dispositis.



Venundatur in aedibus Ioannis Parui via Iacobea
sub insigni Floris Lilij. M. D. XXXI.

Cum Charta & Privilegio.



INDEX TITVLORVM
 ELENCHVS BORVM. QVAE SIN-
 gulis titulis totius voluminis continentur.

¶ Libri primi titulorum index



Alphonsum, ac celeberrimum Calabriae ducem Alphonsum Aragoniū Serenissimi Ferdinādi regis primogenitū, Francisci Patricij Senensis, Pōtificis Castetani Præfatio in libros de regno, ac regis institutione. fa. prima.

Sit ne eius viri qui de repu. scripserit, de vnus etiam principis dominatu tractare. titu. j. fa. vii.

Poetas omnium primos moralem philosophiam indagare, deque ea verbis scripsisse. titu. ii. fa. x.

De rerum ciuiliū differentiis vnus viri principatū reliquos omnes anteire. titu. iii. fa. xi.

De his qui primi de regno scripserunt. differentia librorum socratis & diogenis. titu. iiii. fa. xiiii.

De studiis antiquorum regum erga doctos viros. titu. v. fa. xv.

De diligentia regis in deligendis oratoribus. titu. vi. fa. xviii.

Ratio bene viuendi quæ ad foelicitatem ducit vter aptior ad bene beate que viuendum rex an priuatus ciuis. titu. vii. fa. xx.

De imbecillitate humanæ conditionis de mente a deo homini data. titu. lo octauo. fa. xxi.

Mens omnia suppetit homini quæ per naturā ei defunt. tit. ix. fa. xxv.

Sapientiam diuinam mens homini præstat quæ societatem humanam instituit, cui erit necessarium rectorem vnum præficere. tit. x. fa. xxvii.

Reges hominibus a deo dari. titu. xi. fa. xxix.

Fortunam in rege optandam esse. fatum & fortuna quo intellectu differunt titu. xii. fa. xxxii.

Vnitatem numeris omnibus præesse, sic vnus principatum reliquos omnes anteire. titu. xiii. fa. xxxix.

¶ Libri secundi titulorum index.

Ad Alphonsum inclytum Calabriae ducem proœmium. fa. xliiii.

Munus regis iustitiam esse. iustum vnus viri imperium regnum esse. titulo primo. fa. xlv.

Statuendum est deum summum esse bonum finem hominis simile deo fieri, ad quem per solam virtutem peruenitur. titu. ii. fa. liii.

Regem non modo animi bonis, sed corporis & fortunæ commodis egere. titulo. iii. fa. lv.

Formas quasdam primarias quas sola mente cōcipimus quæ a platone ideæ dicuntur solas esse perfectas, ad illas dirigendam esse speciem illam de qua agimus & inde ducendum esse archetypum. titu. iiii. fa. lx.

De prima regis institutione. titu. v. fa. lxx.

De prima regis educatione. titu. vj. fa. lxxvi.

Magni referre quos quisque audiat quotidie, quibuscum loquatur a puero, & quibuscum frequens sit consuetudo. titu. vii. fa. lxxvi.

AD INCLYTVM

AC CELEBRIVM CALABRIAE

Ducem Alphonsum Aragonium, Serenissimi Ferdinandi Regis primogenitum, Francisci Patricij Senensis, Pontificis Caietani Praefatio in libros de Regno, ac Regis institutione.

Lege feliciter.



MAXIMUM ONVS EX HOC codice suscepisse videor, Alphonse ducum omnium fortissime, quum profiteor me his libris de Regno, ac regis institutione scripturum. Nam si verum est, quod nemo inficiari potest, nullam ex omnibus fortunis inter mortales, regia praestantior inueniri posse, nullamque deo optimo maximo similiores, quis negabit de ea literis praecpta dare arduum, ac

perdifficile omnino esse, & summo ingenio, exquisita doctrina, magna que rerum experientia indigere. Xenophanis praeterea sententia animaduertenda est, qui quum accepisset Empedoclem Agrigentinum dicere conuulisse, perdifficile quidem est sapientem hominem inuenire: verum (inquit) sapiens quandoquidem sit oportet, quicumque sapientem virum explorare voluerit. Qua ex opinione consequens esse videtur regem esse oportere illum, qui regni praecpta alijs praescnbere voluerit. Hac quoque opinione ductus Xenophon Socraticus Cambysen patrem Cyrum filium instituentem inducit: & regia praecpta praescnbentem. Et Alexander Macedo documenta nouae militiae a Philippo patre apud Onesicritum accepit. Onerosum quippe, atque superbum videri potest, profiteri se scribere velle, qualem principem esse oporteat, Et praecipue priuato viro: qui imperij prorsus expertus, obsequioque addictus, vix sibi ipsi, quid facto opus sit, praescnbere valeat. Nec satis est ad deprecandam inuidiam, dicere, studijs bonarum artium ab incunte aetate in hanc vsque diem, multam, ac diligentem operam dedi: semperque conatus sum, si qua ex parte id assequi potui vt aliquid ad agendum, ac iudicandum prestare possem. Nihil enim difficilius esse potest quam bene imperare, quod quidem quamuis doctrinae monitis plurimum adiuuatur, & decorem quemdam, ac splendorem accipit, tamen longe maiores vires nascitur a naturali quadam, ac prope diuina syderum infusione, & deinde a vernacula, atque domestica institutione, & ab assiduo vsu, ac consuetudine magnarum rerum, quae quoti die geruntur, cum in pace, atque ocio, tum in bello, & tumultu quam ab omnium disciplinarum praecptis, & eruditissimis sapientiae documentis.

MAGNA quidem res est hominibus imperare, cum sit homo (vt Xenophon ait) Animalium omnium in rectorem, ac custodem suum ingratiissimum. Scita est enim vetustissima illa sententia, qua dicitur, **LVPVM** auribus tenet, qui imperium gerit.

Proinde summopere in praesentia vereor, ne mihi idem accidat, quod olim Phor:

Rex deo similis.

Homo sapiens inuentu rarus.

Cyrus, Alexander, Philippus.

innotuit M
30
Cœlo tegitur
qui non habet
vnam.

10
M
M

Et Cæsar cum legeret Cyrum regem quædam de sepultura sua mandasse, talem regis diligentiam irrisit. recte enim in veteri versiculo dicebatur. COELO tegitur qui non habet vnam. in legibus decemviralibus scriptum fuit terre mandata esse corpora, vt que communis omnium esset pars. Quo edicto monemur terram terre reddendam esse, sine aliqua marum impensa. Frustra quidem putat se quispiam sui nominis memoriâ beneficio Porphyretici, aut Partij marmoris propagaturû, si nihil invita memoratu dignum gessit, aut scripsit. Aegyptij sentiunt domos nostras, in quibus viuunt versamur, diuersoria modici temporis esse: sepulchra vero quibus post obitum condimur, perpetua domicilia fore. Proinde in illis ædificandis tenuiores sunt, in his autem construendis profusiores. Testes sunt Pyramides, & alia regum monumenta, que inter pauca mundi spectacula connumerantur. Sunt etiam qui in hanc sententiâ Homerum accessisse putent. Inducit enim Hectorem cum Aiace depugnaturum de sepultura si caderet egisse. Sed hanc curam princeps, qui cum gloria imperauit, si me audiet, posteris suis relinquet, qui iure nature eiusmodi pietatis officia prestare debet. Satis est fuerit dum vixerit, ea egisse, quæ secundum virtutem sunt, & perpetuam posteritatis laudem meruerunt.

FINIS.

HOSCE NOVE LIBROS FRANCISCI PATRICII SENENSIS, PONTIFICIS CAIETANI DE REGNO & REGIS INSTITUTIONE EXCUDERAT M. PETRUS VIDOUAUS CALCOGRAPHUS SOLERTISSIMUS IMPENSIS IOHANNIS PARISI, ac GALLIOTI a PRATO, a CHRISTO nato trigesimo primo supra sese quimillesimum ad calend. septembres.

Per non Enervat Vixi



Per in Fortuna Labori